



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 12. Monstrosi terræ motus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

numquam Et homini, ut in Sinuessano agro Et Puteolano: spiracula vocant, alij Charoneas scrobes mortiferum spiritum exhalantes Et c.

Quaedam verò terra ad ingressus tremunt, sicut in Gabiensi agro, non procul vrbe Roma, iugera ferme trecenta, equitantium cursu: sicut in Reatino. Ib. c. 94.

Quaedam insulae semper fluctuant, sicut in agro Cacubo, Et eodem Reatino, Mutinensi, Statoniensi. Ib. c. 95.

In Vadimonis lacu, Et ad Cutilias aquas opaca silua, quae numquam die ac nocte eodem loco visitur. In Lydia, quae vocantur Calaminae, non ventis solum, sed etiam contis, quò libeat impulse, multorum civium Mithritatico bello salus. Sunt Et in Nymphæo paruae, salutare dictae, quoniam in symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum moventur. In Tarquiniensi lacu magno Italia, duo nemora circumferunt, nunc tri-

querram figuram edentes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus, quadratam numquam. Iuxta Harpasa oppidum Asia cantes stat horrenda, uno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens. Ib. c. 96.

§. XII.  
Monstrosi terræ motus.

Hæc, si veri sunt naturæ effectus, etsi non vniuersim sint vera terræ monstra;

sunt tamen pleraque veris monstris similia, videntur enim vtique à consuetà, secundum speciem dispositione deuiare. Neq; enim ordinario naturæ tenore terra tremit, aut fluxæ saltant. Quamquam alia multò monstri nomine digniora in terris reperiuntur. Si enim naturæ iniuria facta est, quando pro monstro habitum est, quòd Tiberio principante, maximus, post hominum memoriã, terræ motus contigit, quo duodecim vrbes Asiæ, vna nocte prostratæ sunt; verum certè monstrum extitit, quando L. Martio & Sex. Iulio Coss. in agro Mutinensi duo montes inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes, & recedentes, & inter eos flamma fumoq; exeunte. Quo concursu villæ omnes elisæ, animalia permulta (quæ intrà fuerant) examinata sunt. Nec sine prodigio, moriente Christo, *velum templi scissum est in duas partes à summo vsq; deorsum, & terra mota est, & petreæ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.*

Matth.  
27. 51.

§. XIII.

*Monstroforum effectuum lapis.*

Quòd si iam siue ad viuientia, siue ad  
ea